Thomae de Aquino

Lectura super epistolam primam ad Thessalonicenses

Prooemium

Multiplicatae sunt aquae [et elevaverunt arcum in sublime a terra], etc.. Gen. VII, 17.

1. – Haec verba competunt materiae huius epistolae. Ecclesia enim figuratur per arcam, sicut dicitur I *Petr*. III, 20, quia sicut in arca, caeteris pereuntibus, paucae animae salvatae sunt, ita in Ecclesia pauci, id est, soli electi salvabuntur.

Per aquas autem significantur tribulationes.

[1] Primo quia aquae impellunt irruendo, sicut tribulationes. *Matth*. VII,25: "Venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam." Sed impulsu fluminum Ecclesia non movetur. Unde subdit "Et non cecidit".

[2] Secundo aqua extinguit ignem. *Eccli*. XXX [III,33]: "Ignem ardentem extinguit aqua." Sic tribulationes extinguunt impetus concupiscentiarum, ne homines ad libitum eas sequantur, sed non extinguunt veram charitatem Ecclesiae. *Cant*. VIII,7: "Aquae multae non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam."

[3] Tertio aquae submergunt per inundationem. *Thren*. III,54: "Inundaverunt aquae super caput meum." Sed Ecclesia non per has submergitur. *Iona* II,6: "Circumdederunt me aquae usque ad animam meam, abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum", etc.; et post: "Rursum videbo templum sanctumtuum", etc.

2. – Non ergo deficit, sed sublevatur.

[1] Et primo per elevationem mentis ad Deum. Gregorius:[1]

[1] Gregor der Große, *Moralia in Iob* XXVI 13 (PL 76,360).

Thomas von Aquin

Lesung über den ersten Brief an die Thessalonicher

Vorrede

Die Wasser stiegen empor [und trugen die Arche hinauf und hoben sie über die Erde] usw. (Gen 7,17).

1. – Diese Worte entsprechen dem Inhalt dieses Briefes. Die Kirche wird nämlich durch die Arche versinnbildlicht, wie es in 1 *Petr* 3,20 heißt, denn wie in der Arche einige wenige Seelen gerettet wurden, während die anderen untergingen, so werden auch in der Kirche nur wenige, das heißt nur die Auserwählten, gerettet werden.

Mit den „Wassern" aber werden die Drangsale bezeichnet.

[1] Erstens, weil die Wasser, wenn sie einbrechen, wie die Drangsale erschüttern: „Und es kamen Fluten, und die Winde wehten und erschütterten das Haus" (*Mt* 7,25). Doch von der Gewalt dieser Fluten wird die Kirche nicht erschüttert. Deshalb fügt er [Matthäus] hinzu: „aber es stürzte nicht ein".

[2] Zweitens löscht Wasser das Feuer: „Das Wasser löscht loderndes Feuer" (*Sir* 3,33). So löschen auch die Drangsale die Wucht der Begierden, so daß die Menschen ihnen nicht nach Belieben folgen. Aber sie löschen nicht die wahre Liebe der Kirche: „Viele Wasser können die Liebe nicht auslöschen, und die Fluten können sie nicht ertränken" (*Hld* 8,7).

[3] Drittens überfluten die Wasser durch Überschwemmung: „Die Wasser überfluteten mein Haupt" (*Klg* 3,54). Doch die Kirche wird nicht von ihnen überschwemmt: „Mich umschlossen die Wasser bis zu meiner Seele, die Tiefe umgab mich, das Meer bedeckte mein Haupt" (*Jona* 2,6). Und anschließend heißt es: „Und doch werde ich deinen heiligen Tempel wieder schauen."

2. – Sie [Die Kirche] wird folglich nicht zerstört, sondern erhoben:

[1] erstens durch die Erhebung des Geistes, wie Gregor sagt:

„Mala quae nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt". *Os*. VI,1: "In tribulatione sua mane consurgent ad me."

[2] Secundo per spiritualem consolationem. *Ps*. XCIII,19: "Secundum multitudinem dolorum in corde meo consolationes tuae laetificaverunt animam meam." II *Cor*. I,5: "Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra."

[3] Tertio per multiplicationem fidelium, quia tempore persecutionum Deus multiplicavit Ecclesiam. *Ex*. I,12: "Quantoque magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur et crescebant."

Sic ergo convenit huic epistolae, quia isti multas tribulationes passi, steterunt fortes.

Videamus ergo textum.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

„Das Böse, das hier auf uns lastet, zwingt uns, zu Gott zu gehen." „In ihrer Drangsal erhoben sie sich frühmorgens zu mir" (*Hos* 6,1).

[2] Zweitens [wird die Kirche erhoben] durch geistlichen Trost: „In der Vielzahl von Schmerzen in meinem Herzen haben deine Tröstungen meine Seele erfreut" (*Ps* 94,19); „Denn wie uns die Leiden Christi überreich zuteil werden, haben wir durch Christus auch überreichen Trost" (2 *Kor* 1,5).

[3] Drittens [wird die Kirche erhoben] durch die Vermehrung der Gläubigen, denn in der Zeit der Verfolgung hat Gott die Kirche ausgebreitet: „Je mehr sie sie aber unterdrückten, desto mehr wurden sie und wurden größer" (*Ex* 1,12).

So also entspricht [dieses Wort] diesem Brief, denn sie [die Thessalonicher] erlitten viele Drangsale und blieben doch tapfer und standhaft.

Wenden wir uns also dem Text zu.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)